

NOTAE.

Dem. ) Greg. videlicet IX. qui presentem constitutionem proprio motu edidit statuendo, ut appellatio uolens...

desideratur, ut omnes loci communi iure utantur, non vero si unus specialiter beneficium fruatur, veluti si minor cum maiore damnatus sit...

CAPUT FINALE.

a Idem.

Si iustus b metus, quominus appellaveris, te excusat, ad appellitionis reputaris beneficium conuolare, dummodo...

NOTAE.

Dem. ) Gregorius videlicet IX. qui presentem constitutionem deprompsit partim ex l. c. quidem 7. ff. hoc tit. partim ex l. c. de his qui propter metum, ut notavit Cuiacius...

Justus metus. ) Qui dicitur iustus metus, & cadens in virum constantem, iam exposuit in c. 1. de his qui vo.

COMMENTARIUM.

EX hoc textu talis deducitur disputanda assertio: Iustus metus excusat adeo, quod non appellans habeatur pro appellante, si fuerit processus, & appellations causis expressis...

Impugnatio illicita. Sed pro dubitanda ratione ita in presentem assertionem inferro; Vis non dicitur illata a Magistrato, qui sententiam suam exegit...

dummodo iudicium protestatio fiat coram uno bono viro, dummodo id ipsum per legitimum testium numerum comprobetur, de l. 2. quis, Sin autem, iuncta glossa verb. Tabulariorum...

Diffolvitur dubitandum ratio.

Nec obstat dubitandi ratio supra expensa: nam praesens textus procedit in metu iniuste inculso a iudice, a quo de iure talis metus inferri non debebat; cum non deberet agere ferre iudex appellatorem...

Protestatio, n. 2. Gr. Gratianus c. 259. qui expendant pro hac sententia primo textum hunc, dum in eo Gregorius requirit protestationem ad hoc, ut non appellans propter metum habeatur pro appellante...

TITULUS XXIX.

De Clericis peregrinantibus.

CAPUT PRIMUM.

Caelestinus III. a Ambian. Episcopo.

Conquerente I. presbytero intelleximus, quod postquam ad nos venienti iter arripuit, quidam res eius diripere praesumpserunt, licet presbyter idem res suas, & Ecclesiae suae in protectione nostra non posuerit...

NOTAE.

Ambian. ) In secunda collectione, sub hoc tit. c. univ. legitur Ambianse, sed male, cum nulla reperitur Eccles...

fia Cathedralis huius nominis in Geographia sacra: quare legendam existimo Ambianse. Albia autem est urbs Galliae, quam Plinius Albiarum Helviorum appellat, ad fluvium Tarnen, fita, de.







praefect. Graecis, & Latinis. Refert Stephanus Lufinianus in  
*hif. Cypr.*  
 g. *Alban.* Pelagio videlicet Hispano, qui electus fuit ab  
 Innocent. III. Diaconus Cardinalis tituli S. Luciae in Septi-  
 folio, postea Presbyter Cardinalis S. Luciae anno 1206. ac  
 sub eodem evasit Episcopus Cardinalis Albanus anno 1211.  
 ab Honorio III. in Orientem Legatus missus fuit anno 1218.  
 cum prevalido exercitu, a quo post diuturnam obsequium  
 Damiatina nobilitate Aegypti oppidum ceptum fuit. Illum in I-  
 teliam reversum iterum Honorius misit Veronam, tandemque  
 post praclaros pro Ecclesia susceptos labores, in monte Cas-  
 sino e vivis excessit anno 1227, ut refert Ughellius. *1. Ital.*  
*in Albano Episc.* n. 39.  
 h. *Compositio.* ) Quae quatenus admittatur super rebus spi-  
 ritualibus, expolita supra in *tit. de translat.*  
 i. *Teor. inferus.* ) Unde confirmatio hac facta fuit ex certa  
 scientia, ut communitur in praesenti DD. notantur, & post  
 eos Rodericus Soanen *conf. 10. n. 54.*  
 j. *Parva stylus.* ) Stylus cum Graeca littera Y, plerumque  
 accipitur pro instrumento aereo, quo in certis tabulis scribi-

tur. Plinius *lib. 34. ep. 14. ibi:* Et cum solo scriberentur, ut  
 notissimum auctoritas prodiderunt. Illustrant Panciroli *lib. 1.*  
*var. c. 8. Salmas. ad inscripturas. leg. 2. tit. 17. hincque*  
*ipsa scriptura stylus dicitur in l. 1. C. de sacros. Ecclis. ibi:*  
*Libri styli ubi notantur Angellus, & Alberic. in leg. 2.*  
*quando 3. C. de bonis vacant. lib. 10. ibi: Et dicitur stylus si-*  
*gillatim omnia scribitur. Ubi stylus pro ipsa scriptura, seu in-*  
*ventario accipi, jam notantur Platca, & Rehusus in l. si quis*  
*intra, C. de bonis proscriptis. ibi: Si in proscriptis inveniunt;*  
*ubi notavit Accursius in l. si quis possidet, cod. tit. ibi: Si quis*  
*posthac stylum, quod abbas proscriptis excepit: & l. fin. C.*  
*de postul. Frequentios tamen pro usu, seu praxi in tribunali-*  
*bus recepta accipitur, e. quam gravi, de crim. falsi, ibi: Tam*  
*in bulla, sive, et charta, quam in stilo. Ude vulgo deducitur*  
*stylus Curia, Cancellaria, seu Tribunalis, ut post Lexico-*  
*graphos probat Paz in rubr. ad leg. 2. l. 1.*  
 k. *Carullus* ) Idem moris, seu frustrationibus, ex *leg. 12.*  
 Tabal. *ibi: si calviter, idem moretur, seu frustretur, leg.*  
*si calviter 233. ff. de V. S. ubi notantur Fornerius, Genilis,*  
 & Gedeus.

## C A P U T F I N A L E.

Idem Universis Abbatibus, & Praelatis aliis, ac conventibus, & Clericis in a Constantinop.  
 & b Chalced. dioc. constitutis.

Sua nobis ven. f. n. Patriarcha Constantinopolitanus conquestione monstravit, quod quidam vestrum assumentes  
 occasionem ex eo, quod tit. f. n. e. l. tituli Sanctae Praxedis Presbyter Cardinalis, tunc cum in partibus illis  
 legationis officio fungeretur, quibusdam aliis Ecclesiis, & clericis in spiritualibus, & temporalibus d. contulit mo-  
 nasteria eorumdem, ipsi Patriarcha obedire & recusant, & ei de iuribus Patriarchalibus respondere, in sua prae-  
 sumptionis adiutorium inducentes confirmationes collationum huiusmodi a Sede Apostolica impetratas. Cum ergo nec  
 ipsius intentio fuerit Cardinalis, nec nos quoque velimus iura, quae dicecesano debentur, per collationes, seu con-  
 firmationes praedictas minui, vel aliquatenus f. ladi, Universitati vestrae mandamus, quatenus occasione huiusmodi  
 non obstante, ipsi Patriarchae reverentiam, & obedientiam debitam humiliter exhibere curetis, eique de suis iustitiis  
 integre, & de spiritualibus respondere, nisi forsitan aliqui per expressum exceptionis privilegium ostenderint se mu-  
 nitos; alioquin sententiam quam idem Patriarcha propter hoc rationabiliter tulerit in rebelles, volumus utque ad  
 satisfactionem condignam firmiter observari.

### N O T A E.

a. *Constantinop.* ) Ita legitur in quinta compilatione, sub  
 hoc tit. e. uti. De Constantinopolitano Patriarcha non-  
 nulla iam notavi in c. 4. de consuet. & in c. inter, de maior.  
 & obed.  
 b. *Chalcedon.* ) Chalcedonia, Strabone teste *lib. 13. de situ*  
*orbis*, dicta Chalcedonia est a Turri Calcitria olim celebris  
 civitas fuit in litore Asiatico, nunc exiguus pagus Scutari  
 dictus. Jam olim habuit Ecclesiam Cathedralis, cuius Be-  
 piscopus Marius appellatus subscripsit Concilio Niceno pri-  
 mo. Metropolis quantum ad honorem in Concilio Chalce-  
 don. facta fuit, ut in eius actione 13. legitur, ut refert Ber-  
 rocius *amor. 2. cap. 4.* Unde Marianus Metropolis Chalce-  
 don. Antistes refertur in relatione Concilii Constantinop. ad  
 Hormisdam. Alia addaxi in *capit. 1. de foro compet.*  
 c. 7. ) Joannes videlicet a Columna, de quo, & ejus le-  
 gatione nonnulla notavi in c. ex parte, de translat.  
 d. *Conventus monasterii.* ) Legatus enim omnia beneficia va-  
 cantia in sua provincia tempore legationis conferre potest,  
 ut probavi in *cap. dilectus 6. de offic. Leg.* quatenus tamen in  
 praesenti potuisset Legatus conferre beneficia regularia lecu-  
 laribus, dicemus infra in c. 37. de proband.  
 e. *Recusant.* ) Cum per collationem Legati non ideo sinte-  
 xempti a iurisdictione ordinaria, c. 2. de relig. dom.  
 & c. ad. ) Quia in dubio semper praesumitur etiam Papam  
 velle iura dicere, ut notatur in *leg. 2. de iur. iudic. cap.*  
*ex part. 18. de privileg. iudicio e. pervenit, in fine, 11. q. 1. e.*  
*penult. de Ecclis. abis.*

Finis Libri secundi Decretalium.

